personaliter Comparens Nobilis Joannes olim Gregorij Maliszowski Sanus mente et corpore exiens palam publice libereq recognovit. Quia sibi Mathia filio suo Nobilis Paulus olim Stanislai Malinowski ex obligatione bonorum in haereditate Malinowo consistent eidem filio suo per ipsum summam Decem florenorum poll persolvit ideo ipsi quietat inscriptionem cassat et de bonis condescendit.

G. Kaleczicki — Exemptio

Coram officio et Actis Castren Capitali Branscen personaliter Comparens Nobilis ac Generosus Andreas filius Gnosi Basilij Kaleczicki Sanus mente et corpore exiens palam publice libereq recognovit. Quia sibi Generosus Joannes Kaleczicki frater germanus cavendo ius suum perpetuum et Gnoso Jacobo Kaleczki fratre olim Gnosi Joannis super sortem eius quantam ex obligatione bonorum et subditorum in haereditate Kaleczice Actis consistentem sibi recognoscentem per olim Generosum Joannem Kalecki coram Actis Castren Branscen Feria Sexta post Dominicam Laetare Millesimo Sexcentesimo Trigesimo Nono. inscripta Ducentos Sexaginta florenos poll. persolvit ideo ipsum quietat Inscriptionem cassat et de bonis et ipsis suis quatenus haeredi condescendit. perpetuis temporibus.

Sieklucki — Quietatio

Coram officio et Actis praesentibus Castren Capitan Branscen personaliter comparens Nobilis Agnes filia olim Antonij Wierczenski relicta olim Valentini Piotrowski ad praesens consors Nobilis Jacobi Piotrowski cum eiusdem mariti sui assistentia Sana mente et corpore existens palam ac libere recognovit. Quia ipsi et Nobilibus filiabus Catherinae et Annae Elizabetha Piotrowianka filiabus minorennibus olim Nobili Valentino Piotrowski priore marito suo procreatis a quibus pacem cavet et de omnibus bonis consentit. Nobilis Lucas olim Adami Sieklucki ex obligatione bonorum Sieklucki olim memorato marito suo per ipsum inscripta Triginta duos florenos poll persolvit ideo ipsum quietat et nomine praefatarum filiarum suarum a quibus pacem cavet cavit ac inscriptionem cassat perpetuis temporibus.

Piotrowo Troiany — Exemptio

Coram officio et Actis praesentibus Castren Capitan Branscen personaliter Comparens Nobilis Adamus olim Jacobi Piotrowski Sanus mente et corpore existens palam publice libereq recognovit. Quia sibi Nobilis Jacobus olim Andreae Piotrowski ex obligatione bonorum Piotrowo Troiany sibi per ipsum inscripta Triginta duos florenos poll persolvit ideo ipsum quietat et inscriptionem cassat perpetuis temporibus.

1260

Actum in Curia Regia Branscensi feria Tertia post Dominicam Ramispalmarum Quadragesimalem proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quadragesimo Secundo

Gnosi Mokrzecki Donatio.

Coram officio Actisq[ue] praesentibus Castren[sibus] Capitan[ealibus] Branscen[sibus] personaliter
Comparens Generosus Stanislaus filius olim Gnosi Casimiri Burzynski in Nierodnica Kuplany Zalesze Mlaczkowszczyzna h[aere]s Sanus mente et corpore existens palam
publice ac libere recognovit. Quia Generoso Achilli Mokrzecki olim Gnosi
Petri filio in Nierodnica haeredi et eius posteritati Bona sua Omnia
mobilia et immobilia quaevis in haereditatibus Villarum Nierodnica Kuplany
Mlaczkowszczyzna Zalesze consisten[tia] se recognoscen[s] post parentem suum
et alias quasvis personas quovis iuris titulo spectan[tia] in areis hortis agris
pratis campis sylvis Subditis Cmetonibus Mortalitatis Cum omni iure suo Dominio proprietate propinquitate titulo haereditario Cumq[ue] Omnibus in genere
et singulis in specie Utilitatibus fructibus proven[tibus] redditibus attinen[tiis] pertinen[tiis] Cunctisq[ue] commodis ac obventionibus universis ex praefatis bonis modo quovis et iuris
titulo provenien[tibus] nihil iuris pro se et suis successoribus aut alio quopiam
reservando seu excipiendo sed ita late longe circumferentialiter prout se praedicta bona in suis metis granicielus et limitibus habent et extendunt tenenda haben[da] possiden[da] et ad usus suos suorumq[ue] successorum beneplacitos
converten[da] pura mera vera syncera et irrevocabili donatione donavit
inscripsit et resignavit omnibusq[ue] dat donat et irrevocabiliter inscribit
perpetuis temporibus. Et iam ei ex nunc in dicta bona modo praemisso
resignata realem intromissionem cum actuali ac pacifica possessione per ipsum
et ipsos suos officiose acceptandam dat et admittit. Submittitq[ue] se ac de
bonis suis omnibus inscribit idem recognoscens cum suis posteris praememoratum Donatarium suum et ips[ius] successores occasione praemissorum ab omni
impedimento iuridico quarumlibet personarum propinquarum et remotarum.

Lexus